



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ad primum Sacrum sese apparat. 107

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

mias cōuertuntur. In ea sortitio-
 ne obuenit IGNATIO, cū duobus,
 quos dixi, socijs, Roma prouin-
 cia. Nimirum huc ducebat DEVS,
 vbi opportunè nascenti Societa-
 ti cunabula ponerentur. Neq; e-
 nim fortuitū fuit, quod ex annis
 haud minus triginta tribus, illo
 tūc vno, nulla decerneretur in Pa-
 læstinā nauigatio, quo illi exce-
 dere terra Italia cogitabāt. 107 At
 IGNATIVS Sacerdos inauguratus,
 dum diu molitur, qui sese ad pri-
 mam litationē apparet, anni spa-
 tium consumit: id interea vnum
 contentè precatus, vt summe Vir-
 ginis patrociniō iuuaretur: illam
 cælestioris vitæ ianuā esse; illam
 inter DEVM hominesq; sequestrā.
 Curaret proin, vt filium, pro eo q̄
 sanè mereretur, diligere colereq;
 posset: porro eadē pergeret in dif-
 ficillimo negotio sibi animū vires-
 que addere. Inter hæc fermè studia

duravit, donec Roma proficisceretur, itinere pedestri & cum medicantis fortunę apparatus. Quotidie autem epulum Eucharisticum ab operante socio repetebat? manantibus copiosè gaudiis, & cælo vberes delicias affundente. 108 Proximè urbē subsistentibus fortè socijs, vsuuenit vt solus in ædiculam desertam secederet: Ibi sensit inter maiores precū æstus, præcordia sibi mirabiliter immutari: ac repentè conspicatus, hinc patrem æternum, inde Christum filium cum cruce in humeros iniecta: vt cui Pater IGNATIVM sociosque suauissimè commendaret, ei que velut singulatim emancipatos vellet. Annuuit parenti filius, atque eos se in clientelam recipere ostendit: mox vnà cum cruce conuersus ad IGNATIVM, & ore suauitatis amorisque pleno, EGO VOBIS, inquit, ROMAE

R
ic
b
S
ri
u
fi
r
h
Il
ex
re
tu
iu
br
sc
I
qu
iu
E
qu
ia
lio
fra